De Oratorio S. Bernardini

Situm erat propè Ianuam Conuentus S. Fran.ci sub die 30. 8bris 1717. unitum fuit Oratorio S. Rochi, de quo in hisce Eccl.s S. Fran.ci actum fuit, cum pactis, et conditionibus expressis in lib. Beneficial. a fol. 135.; et mansio redacta ad usum apothecæ.

De Cappella S. Antonij
Abbatis
in Conu.a Celij. die 18 8bris 1719

Olim erat de Iuribus Monialium Pacis Viterbij nunc Fratrum Minorum Conuentualium huius Ciuitatis, qui soluere tenentur Mensæ Episcopali pro Canone, annuatim libram Piperis

Altare est suspensum donec prouideatur. Interim Ill.mus et R.mus D.nus mandauit dicto Sacello renouari Ianuam, eamque semper clausam retineri, ne pateat aditus Bestijs, neuè Pueri possint Puerilibus nugis illud violare; infra mensem sub pœnis arbitrio.

De Eccl.a B. M. de Ponte

De Ecclesia B. M. de Ponte

Cd. die 18 Xbris 1719

Sita reperit in Via Flaminia prope Ponte Tremere et de iuribus eccl. Cathedralis, a qua manutenetur et custoditur per heremitam. Unicum habet altare, sine onere missarum, sed in eo quandoque celebratur ex devotione. Ill.mus D. mandavit provideri de novo Pallio saltem Corammineo, et reaptari tectum eccl. et mansiunculam Heremitae.

De Eccla. et Monast.o S. Clarae Civitatis Castellanae

Cd. die p.a Julij 1720.

Ill.mus et R.mus D. associatus a suis Convisitatoribus, se contulit ad ecclesiam dictarum Monialium, et ad Ianuam recepta a D. Gulielmo Overrsio Palea Confessario, Altare maius adiuit, et post celebrationem Missae, et absolutionem defunctorum visitavit SS. Eucaristiae Sacramentum, intus Tabernaculum in Pyxide argentea decenter retentum, et post debitas ac consuetas preces, cum eo solemniter Populo benedixit.

De Sacro Oleo Infirmorum.

Asservatur a Cornu Epistolae Altaris Maioris, Ill.mus D. mandavit apponi Crucem in vasculo, et inscriptionem Oleum Sanctum. Renovari Bursam, cum ligulis violacei coloris, et in custodia melius aptari sericum operimentum.

De Altare Maiori

Dicatum est B. M. V. Gratiarum, et sub eo requiescit Cor-
pus Sanctae Paulae, Vid. et Mart.: Tres ex obligatione
Monialium celebrari debent annuatim seqq. Missae
Tres in hebdomada pro an.a q. Mercurij de Amicis
Una pariter in hebdomada pro an.a q. Laurae Fabranae
Una 1.a Augusti pro an.a q. Octavij Eliani
Una qualibet die Sabbathi pro an.a q. Dom.ci Boccapisis in
Litanijs B. M. V. recitandis per Moniales ex ipsius Test.o
aperto in actis Ioannis Baptae Pechinoli die 24 8bris 1631.
Supponitur quod d.s Dominicus sub die 3.a Ianuarij 1653 ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ dedisset d.is Monialibus alia scuta centum
cum onere unius Missae qualibet die Lunae
Adest etiam legatum unius Missae p. hebdomadam pro anima
q. Annae Capecci
Et legatum Missar. triginta annualium similium pro an.a
q. Lucij Micinelli, qui reliquit scuta centum investienda
cum onere tot Missar. ad rationem redditus, quae in ultima
Visit. b. m. Epi. Blasij sub die 21 Aprilis 1717 taxatae
fuerunt ad numerum suprascriptum
Inspecto altare Ill.mus D. mandavit ante ferri lapidem
sacrum saltem p. quatuor digitos; illumq. cooperiri pri-
mum tela cerata, et dein tobalea, in reliquijs invenit
decenter ornatum.

De Altare S. M. Lauretanae

De Iuribus DD. de Morelli, pro eius dote q. ane..
Morelli, in suo Test.o aperto p. acta q. Ioh.is Baptistae

Pechinoli, sub die 12 Martij 1642, reliquit suas Discen-
tium; cum onere tot Missar: ad rationem fructuum
Post obitum d. Testatoris Fran.cus, et Philippus, eius
Fratres, et Heredes statuerunt Missas celebrandas esse
in hoc Altare, ex Instrum.to rogato per acta eiusdem
Notarij sub die 5a Februarij 1644; sub die 16o 12
Julij. 1649 de d.a Cappellania provisus fuit D. Abbas
Paulus Tuvini Morelli ut in lib. Beneficial. fol. 306
Demum ob contractum ab eo Matrimonium, nominatus, et
institutus fuit Clericus Paulus Antonius Spatera, sub
die 30 Oct. 1720., ut in lib. Beneficial. fol. 271. per
quod Illmus D. mandavit doceri de adimplemento, et
efformari statum, aligandum in actis Visit. L.o 1 fol. 151.
Et quod Altare mandavit provideri de quatuor Cande-
labris ex auricalco, vel saltem ligno inaurato, depingi
crucem in fronte, reaptari Bradellam, et cooperiri
Tela cerrata, et Stragula, ut supra; et fenestram
Laterale à Cornu Epistolæ muniri vitreis infra men-
sem, sub poenis

De Altare S. Ioannis Bapt.

Olim de Iuribus Familie de Forlanis, nunc devo-
lutum, et suspensum, quia caret onere Missar., et sacris
suppellectilibus, Illmus D. mandavit tractari cum D. Capno.
Ant.o Forlano, si forte velit illud providere, alias
provideri per Moniales ad formam Decreti Epi. Aleotti.

De Confessionali

Mandauit clauem deinceps retineri p. Abbatissam pro tempore, itaq. non deseruire nisi pro Confessionibus audiendis.

De Communicatorio

Inuentu fuit ad forma, et mandauit de Claui ut sup.ª

De Rota Sacristie

Inuenit ad forma, et mandauit Claud retineri ut supra

De Organo

Repertu fuit ad formam

De Rota ecclesia

Reaptari Ianua in partibus necessarijs

De Rota exteriori

Mandauit clausa retineri tempore Diuinor. officiorum et de nocte sub penis

Post hec Illmus. et Rmus. D. ad Crates exteriores Confessionalis ecclesie singulas Moniales audiuit.

Die 8.ª Iulij 1720

Illmus. et Rmus D. post Vesperas, indutus Mozzetta sup.ª Rochetto, et associatus á RR. DD. archipresbitt.º Nicolao Ettorre Vicario Gnli., Can.co Romulo Cochi Conuisitatoribus, Can.co Germani, Ant.º Germani Agente, et Procre. RR. Monialium, et Orontio Gulielmi Palea earund.s Confessario, mecqué se contulit ad prefatu Monast.m ad effectu Visitandi Clausura, et in limine Ianue Monasterij receptus fuit á Monialibus processionaliter

dispositis, et osculata Cruce adivit Ecclesiam interiorem
ibiq. post preces, et absolutionem Defunctor. admisit sin-
gulas Moniales, ad actum Sanctæ Obedientiæ, et Pastora-
li colloquio habito, benedictionem omnibus adstantibus
fuit impertitus, et deinde visitavit, et decrevit ut
infra.

De Ecclesia interiori

Magnificæ structuræ existit tam Ecclesia quam Chorus
in ipsa constructus.

De Sacris Reliquijs

Corpus Sanctæ Paulæ conservatur in eleganti bursa lignea,
auroq. ornata, cum Christallis, et Sigillis; aliæq. reliquiæ
pariter inventæ fuerunt ad formam.

De Sacristia

De sacris Suppellectilibus abunde provisa est, et solum
Illmus D. mandavit de illis confici Inventarium, illudq.
confrontari in mutatione Officior.

De Confessionale à parte
interiori.

Inventum fuit ad formam

De Rota Communi interiori, et
altera in Collocutorio existens

Inventæ pariter fuerunt ad formam —

De Choro Superiori

Provisum satis est, sed mandavit ut in eo servetur Devotio, et
custodiatur Silentium, prout decet Domum Orationis.

De ipso Monasterio

Ornat Dormitorium, Refectorium, omnesq. alias officinas sacra Supereas coniuncta cum mundizia; quas Ill.mus D. Monialibus commendauit, Clausuram u.o attente consideratam inuenit illesam

Moniales Professionem emittunt sub Regula strictioris obseruantis SS. Fran.ci et Clare.

Numerus earum in fundatione statutus fuit ad viginta tres, et preferende sunt exteris Puelle Ciuitatis; supra numerum u.o admittuntur alie arbitrio Epi. et de Licentia Sacre Congregationis.

Numerarie soluunt pro Dote, seu Eleemosina scuta trecentum, Supranumerarie scuta quatuorcenta, preter expensas solitas que in circo Casu necessarie sunt tempore ingressus, et Professionis, pro bestibus, Mobilibus, aliisq. rebus, ad id requisitis

Vltra Chorales adsunt quatuor Conuerse, cum dote scutorum centum, que fuerunt admisse de Licentia Sacre Congreg. et cum Capitulis exaratis p. b. m. Epum Alestum sub die 4a Martij 1700, p.t in lib. Beneficial. d.i anni fol. 23. et seq.

Communitas huius Ciuitatis habet onus p soluendi d.is Monialibus scuta bis centum quolibet anno, ex retractu Gabbelle Passus, ipsis assignata à S. M. Papa Iulio Tertio et descripta in Tabella Communitatis, et in Repartis exitus Communitatum de ord.e Sacre Cong. Boni Regiminis ut ex Literis eiusd.s directis D. Gubernatori Ciuitatis datis Rome 9 augusti 1681. et 9 Januarij 1694.

Possidet ulterius Monasterium bona stabilia, loca Montium, Census, et Canones, quorum notam, sive Inventarium, Illmus D. mandavit exhiberi, per Sig. Canicum Germanum, et Antonium Germanum agentes, et Procuratores infra duos menses, ad effectum allegandi in actis sacrae visitationis.

Sanctimoniales sunt infrascriptae

1 Suor Laurentia Luccarelli Abbatissa etat. 51. Profess. 35
2 Sor Lucretia Puppij vicaria etat. 63 Profess. 47
3 Sor Maria Ermenegilda Puppij Cama etat. 57 Profess. 35.
4 Sor Agatha Electa Scottini etat. 77. Professionis 61.
5 Sor Felicissima Valori Doma etat. 72 Profess. 48
6 Sor Ssalba Marzocchi etat. 60 Profess. 38.
7 Sor Ma Semperantia Anastasij etat. 55. Profess. 38.
8 Sor Felice Vittoria Valerij Doma etat. annor. 53 Prof. 36.
9 Sor Ma Innocenza de Sanctis Doma et. 59 Profess. 35
10 Sor Hieronima Sassi etatis 59 Profess. 33.
11 Sor Ma Magdalena Coluzzi et. 44. Profess. 26
12 Sor Domca Rosa Luccarelli et. 37 Profess. 18
13 Sor Ma Alessandra Coluzzi et. 41. Profess. 16
14 Sor Ma Gertruda Gulielmi Palea et. 41. Prof. 16
15 Sor Ma Silvia Fantibassi et. 49 Professionis 16
16 Sor Catherina Angelica Floridi et. 36 Profess. 12
17 Sor Anna Ma Ciriaca Peri de Manleano in Sabinis etatis annor. 48. Profess. 12
18 Sor Angela Serafina Sbadella et. 37 Profess. 11.

19 Sor Iulia Caetana Paradisi aet. 28 Profess. 10.
20 Sor M.a Constantia Gaij Rom.a aet. 33 Profess. 6
21 Sor M.a Gratia Bucchi Rom.a aet. 32 Profess. 4
22 Sor M.a Clara Saluati de Avignano aet. 19 Profess. 3.
23 Sor M.a Deodata Ruppij aetat. 19 Profess. mensium 8.

Conversae sunt seqq.

24 Sor Brigida Guazzi aetat. 37 Profess. 19
25 Sor Petronia Gaij aet. 37 Profess. 19
26 Sor Pacifica Pastorelli de Caprarola aet. 37 Profess. 19
27 Sor Lucia Bernabei aet. 40 Profess. 18

Educandae

1 D. Lucia Anastasij aet. 15 educat. 16
2 D. Anna Magdalena Pasqual. Rom.a aet. 28 educ. 3.
3 D. Caecilia Finilli de Corchiano aet. 57 educ. unius cum dimidio
4 D. Prudentia Ranaldi aetat. 30 educ. mensium undecim
5 D. Metilda Stella aet. 50 educ. mensium octo
6 D. Agatha Forlani aet. 14 educ. mensium octo
7 D. Lucretia Ciotti aet. 18 educ. mensium septem
8 D. Constantia Petti aetat. 18. educ. mensium trium
9 D. Victoria Severini de Caprarola aet. 19 educ. mensium 20

De Sacro Monte Pietatis
die 13 Iulij 1720

Illmus. et Rmus. D. associatus à suis Convisitatoribus ac Illmis. DD. Basilio Massi, et Augustino Sacchetti Conservatoribus residentibus, se contulit ad d.m Sacrum Montem Pietatis, visitavit, decrevitq. ut infra.